



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

CDXX. Cardinal Albrecht, Bischof zu Halberstadt, bestätigt die im Catharinen-Kloster zu Stendal gestifteten Tenebrae, vom 12. Mai 1516.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56044](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56044)

CDXX. Cardinal Albrecht, Bischof zu Halberstadt, bestätigt die im Catharinen-Kloster zu Stendal gestifteten Tenebrae, vom 12. Mai 1516.

Albertus etc. — Ex parte prouidi nobis in christo dilecti Casperi Becholtz, cuius Stendaliensis, halberstad. nostre diocesis, nobis expositum est, Qualiter ipse bono deuocionis zelo concitatus quoddam ministerium diuinum decantacionem uidelicet Responsorii Tenebre facte sunt singulis sextis feriis In monasterio Sanctimonialium Sancte Catherine ordinis canonicorum regularium sancti Augustini in oppido Stendaliensi prefato vna cum pulsu meridiano sub decantacione repetitionis dicti responsorii scilicet et inclinato capite In memoriam amarissime passionis domini nostri Ihesu christi in eodem monasterio fiendo sub deputatione salarii competentis instaurare et fundare decreuerit, vnde nobis humiliter extitit supplicatum, quatenus eandem instauracionem et ordinacionem admittere ac pro augenda deuocione christifidelium circa passionem dominicam eorundem mentes allectiuus indulgenciarum muneribus excitare dignaremur. Nos igitur etc. — prefatam instauracionem et ordinacionem admisimus ac presentibus dei nomine admittimus, Omnibus quoque et singulis vere penitentibus et confessis hominibus christifidelibus, qui sub decantacione dicti responsorii Tenebre facte sunt predictum monasterium deuocionis causa accesserint Et sub pulsu prememorato oracionem dominicam cum salutacione angelica ad honorem quinque vulnerum christi deuote orauerint tocies, quociens id fecerint, de omnipotentis dei misericordia necnon beatorum petri et pauli apostolorum auctoritate ac sanctorum Mauricii et sociorum eius Martini atque steffani, nostrorum patronorum meritis confisi ac ex speciali priuilegio sedis apostolice centum et quadraginta dies indulgenciarum de Iniunctis eis penitencis misericorditer in domino relaxamus, In quorum fidem Sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Hallis in arce diui Mauricii, anno domini Millesimo quingentesimo decimo sexto, die Lune, duodecima mensis maij, Etatis nostre vicesimo sexto, pontificatus vero nostri anno secundo.

Aus dem Stifft. Halberstadt. Litterarium von 1514 im Königl. Prov.-Archioe zu Magdeburg.

CDXXI. Der Vincelberge Lehnbrief für die Schulzen, Bürger zu Gardelegen, über Hebungen in Rohrbeck, am 18. Mai 1516.

Wy frederik, Mathies vnde hans, gnant de Vincelbergen, wanhaftich to Stendall, hans vincelberges zeligen sone, Bekennen —, dat wy hebben gelegen vnd lyen — den bescheiden manne ludeke Schulzen, borger to Gardelege, vnd fines lyues lehn Eruen twe stucke geldes Im dorpe to Rorbeke Jarliken vptonemende vppe funte Mertens dagh In Claus Schulzen hoff vefstehauen verdingk, In heyne Schulzen hoff VIII schillingh, alle stendelsehe penninge. Weret ock, dat wy varbenomeden Vincelbergen oft vnse rechte Eruen dat gudt lyehn scolden dem vargnanten Ludeke Schulzen edder synen lehn Eruen, so willen wy vnd schullen ene dath sulue gudt lyhen vmme eynen Verdingh suluers. Weret ock, dat wy varbenomeden vin-